



# Disputationum historicarum ad textum Herodiani prima

<https://hdl.handle.net/1874/340879>

DISPUTATIONVM HISTORICARUM  
AD  
TEXTUM HERODIANI,

P R I M A ,

Q U A M

Favente Deo Opt. Max.

*Sub Praesidio,*

D: P A V L I V O E T , L. A: M.

& Metaphysices in almâ Academiâ Ultrajectina Professoris.

*Publice tuericonabitur.*

MARCUS dū TOUR.

*Ad diem 18. Septemb. hora Secunda.*



V L T R A I E C T I .

Ex Officina Aegidii Roman, Academie  
Typographi, Anno c̄ 1 c̄ XLI.

*Nobilis. Ampliss. spectatimisque viris,*

D. ANDREÆ vander MEVLEN, { Avunculis  
D. FREDERICOR VYSCH { meis omnī  
inclyræ Reip. Vlrajectinæ Consuli, | honore pro  
sequendis.

UT ET

*Doctissimis præstantissimisque viris,*

D. ANTONIO ÆMILIOS { Illi historia-  
rum & Pôli-  
tices. Huic  
D. IVSTOLIRÆO, { historiæ hu-  
maniorum litterarum ac temporum Professori.

NEC NON

*Eruditissimo Clariſſimoque,*

D. PAVLO VOET L. A. M. & in  
alma Vlrajectensium Academia Metaphy-  
sices Professori, præsidio meo plurimum ho-  
norando.

*Hoc exercitium historicum*

*Affectus & observantiae erga*

Dico

MARCUS de TOUR Respe

*gellius A. etiamq. lib. 1. Anno 111  
1190 el cl. omnia idq. ergo ut*

# DISPUTATIONUM HISTORICARUM

A D

# TEXTUM HERO- DIANI,

P R I M A.

Historiarum Studiosis.

Quod ante nos facilitarunt viri magni, idem faveante Deo conamur.  
Inter tot ac tantos exemplo sit Berneccerus in Taciti Germaniam & Agricolam., eo praeiente & nos in nostrum scriptorem  
tales questiones proponimus. quo successu vos videritis, ex hisce,  
& qua deinceps subjungendae; si minus prospero, vestrum erit &  
quanimiter, ut faciles esitis, censuram exercere, ne posthas ab insti-  
tuto nostro, rigida crisi circumventi, absterrreamur.

I. Quid impulerit Herodianum, ut sui operis initium à pro-  
mio auspicaretur?



Uobus videtur impulsus, hinc ratione, il-  
linc exemplis; illa, rationem dico desumpta est à  
triplici proximi officio. Præcipuum erit, ut  
totius operis indicetur argumentum. Huic  
proximum, ut lector docilis & attentus reddatur.

Postremum, ut capteretur benevolentia, quod tamen  
nec semper, nec ubique servatur. Lucianus prioribus contentus  
proœmii munéribus, ultimum prætermisit; ita ille, οὐταν τὸ γε-  
νικά ποτα, αὐτὸ δυοῖν μόνοιν ἀπέστρεψε, εἰς τὸντο εἰ πύτοες, αὐτὸ τελῶ,  
αὐτὸ τὸ τῆς εὐθείας τερπις, οὐτούδιν η εὐθείαν εὐτοπίσει τοῖς ἀκριτοῖς;  
Quando vero proœmio nescitur, à duobus tantum ordinetur, non, ut Rheto-  
res solent à tribus: sed benevolentia loco prætermisso, attentionem & doci-

litatem pariet analitib; rationem ipse subjungit: ορθέων μὲν γράφεται, ἢ σίτη, ὡς πετεῖ μεγάλων, ἢ ἀπαγόρειων, ἢ αἰκίων, ἢ χροιμών  
ἴσχει. Advertent enim ipsi animum, si ostenderis, quam de magnis, aut ne-  
cessariis, aut ad ipsos pertinentibus, aut utilibus denique rebus sit dicturus.  
Neque tamen hoc Luciani præceptum secuti sunt historici in uni-  
versum. Exemplo sit Livius, qui in sui operis præfatione studet, ut  
lectoris benvolentiam attentionemque ab operis & argumenti in-  
cepti non solum magnitudine, verum & dignitate atque usu, & a  
sui officii verecundiâ civiliisque extenuatione consequatur. Exemplo  
sit noster Herodianus, cuius præmium continet historicorum quo-  
rundam vitia; rationem sui instituti, quâ docilem & attentum red-  
dit auditorem, benvolentiae conciliationem, ac denique rerum ge-  
storum, quas describendas suscepit brevem delineationem. Tali u-  
titur proœmio Euan Lucas C. I. Primum aliorum profert institu-  
tum, nempe vel marci vel Matthei, ut Erasm. observat in paraphra-  
si ad c. I. Luc. qui summâ fide quod tum satis esse judicabant prodiderunt.  
Prima pars hisce explicatur verbis: Ἐπειδήτες τολλοὶ ἐπεχειροῦν ἀ-  
ρατέαδη, διηγησοῦ &c. usque ad vers. 3. Secunda parte iuum enar-  
rat institutum, le ea suppleret quæ ab aliis prætermissa, & quidem ita  
ut non carptim & sparsim attigerit, ut quæque inciderint, verum  
temporis ordinem ac rerum seriem securus, diligenter historiam di-  
gesserit: hæc vero continentur sequentibus: ἔδει καὶ μοι, παρηκόλη-  
θικοὶ ἀνθεῖ τῶν ἀνεῖλος, καθεκῆς τοι γεάλαι; tertia parte, docilem  
reddit lectorem vel auditorem hisce verbis: Ιτα ἐπιγνῶς τερπή ὡς  
κατηχίδης λύγον τὸ ασφάλειαν. Atque ita proœmium tribus partibus  
abtolvit. Ad exempla quod attinet, veteres plerique scriptores præ-  
fatione, veluti antipagamento quodam, in operis vestibulo, uteban-  
tur. Tales sunt, Herodotus, Thucydides, Polybius, Dionysius, Tacitus,  
Salustius, Florus, Iustinus. Elius Spartianus ad vitam Anto-  
nini Getæ, Iulius Capitolinus in Opilio Macrino, in Maximinis duo-  
bus. Elius Lampridios in Antonino Heliogabalo. Trebellius Pol-  
lio in Cæsare Claudio. Flavius Vopiscus Syracusius in Aureliano;  
Probo; Firmo, Saturnino, Proculo & Bonoso. Sunt & alii qui pro-  
œmium omittunt, eo moti, quod Xenophon, quod Cæsar iis catere  
malue-

maluerunt. Ad Xenophontem respondet Lucianus, nescire istos homines, ὃς δυάμει πάτε τερπία δὲ δελιθτα τούς πολὺς: esse proœmia quadam ut ac potestate, quæ fugiant multos. Dicimus nos non ubique Xenophontem proœmio carere maluisse, quippe qui in opere, quod *institutio Cyri* inscribitur, præfatione utatur. Ad Cæfarem vero in promptu est responsio, eum non justam scripsisse historiam, verum Commentarios. Et sane suadet similitudo, cum qui proœmium plane omittunt, simile quid præstent, ac si hominem producant sine capite.

## II. Quo ordine scribatur proœmium?

Eciā si primum locum semper & ubique in historiâ teneat proœmium, ut indicio est vocis *Etymologia*, attamen postremo loco aliquando scribitur, aliquando primo. Fecit illud Thucydides, ut in ingressu operis videre est: Θουκύδης Αθηναῖος ἐνέγρε τὸ πόλεμον τοῦ Πελοποννησίου ὡς Αθηναῖον, ὃς ἐπολέμουσαν εὗρε αἰλῆτα. Ἀρχαῖον τοῦ καθίσταμεν: Thucydides Atheniensis bellum Peloponnesium, Atheniensiumque, quod inter se gererunt, conscripsit, exorsus statim ab eo motu, dicit ἐνέγρε τε, ἀρχαῖον, scripsit, orsus, id innuit, ante proœmium se concripsisse historiam. Idem factum à Dionysio Halicarnasseo, qui similiter ait: τότε πεχεῖσθαι τὴν γέροντα, tum demum hanc sum aggressus historiam, ait aggressus sum, non aggressiar. factum à Iulio Capitolino, quod paret in duobus Maximinis: adhibui moderationem, quā duos Maximos in unum volumen congregarem. Servavi deinceps ordinem, inquit, non servabo. In hanc partem videtur inclinare Lucianus, qui de exordio demum tractat, postquam universa poenè tradiderat historiæ scribendæ præcepta. Alii vero proœmium ut ordine in initio collocant, ita primo conscribunt. Id fecit Tacitus, cuius hæc sunt verba, lib. i. annal. c. i. *In de consilium mihi, panca de Augusto & extrema, tradere: mox Tiberii Principatum, & cetera, sine ira & studio, quorum causas procul habeo.* Idem præstitit Livius, qui ita præfatione sua: à conspectu malorum me tantisper avertam, dum præsa illa tota mente repeto, & ibidem, quæ poetis magis decora fabulis, ea nec affirmare, nec refellere in animo esset, ac deinceps. Sed hæc & his similia, sicutq; animadversa, existimata e-

vunt, haud in magno euidem ponam discrimine. Ac sub finem p̄fata,  
Votis ac precationibus deorum dearūq; si ut poētis nobis quoque mos esset  
libentius, inciperemus ut orsis tanti operis successus prosperos darent. Atq;  
ejusmodi dictis nondum conscripsisse, verum conscripturum se de-  
mum fatetur historiam. Ita noster Herodianus historiae suæ proce-  
mio: ἡ δέ περι εἰς οὐγγεγέλων, conscribendam suscepit, non dicit conscripti,  
atque ibidem, ὃς δὲ ἔχει τὸν τέταρτον, γεννητὸν Χριστὸν ἡγεμόνην Δι-  
γνωσκει, hec quemadmodum gesta sint, temporis ipsorum atque principium  
servato ordine, prescribemus. Futuro tempore hæc dicuntur, non p̄r-  
senti, nempe postea quam scripsisset proœcium, historiam demum  
conscripturus. Nostro poterit accenseri Flavius Vegetius, qui pro-  
œcium, quem ille prologum vocat, ante materiem scripsit. Quod  
liquido ex prologo constat: ita habent verba. De delecta igitur at-  
que exercitatione tyronum, per quosdam gradus, & titulos antiquam con-  
suetudinem conamur, vel potius ut alii malunt, conabor ostendere. Hunc  
in modum Laërtius, historiae de vitis ac fectis philosophorem p̄r-  
misit proœcium, quod ante historiam scripsisse indicatur ultimā  
proœcii periodo, hisce verbis. Λαΐτον δὲ τέταρτον Φαρδαῖον, γε  
πατέρον γε μειὶς Σάλαντον. Sed jam de viris ipsis, cuiusmodi faciunt, dicen-  
dum ac prius de Thalete. Eundem ordinem in scribendo servavit  
Florus, ut liquido paret ex ipsis verbis. Faciam quod solent, qui ter-  
rarum situs pingunt, in brevi quasi tabellâ totam ejus imaginem ample-  
ctar. Superadde Iulium Capitolinum in Opilio Macrino, idem  
colligere est proœcilio ad Diocletianum Aug. nostamen, inquit, ex  
diversis historicis eruta in lucem proferemus, & ea quidem qua memo-  
ratu digna erunt. Rationes in utramque partem probantes non ob-  
scuræ, confirmans priorem sententiam hæc est, optima sunt illa ex-  
ordia, quæ ex narrationis visceribus trahuntur ac educuntur, quod  
fieri non poterit, nisi antea historicæ narratio sit absoluta. Pro sen-  
tentia posteriori hoc militat argumentum. Ordo servandus est hi-  
storicæ, in sua historicæ expositione, at qui eum minime servare po-  
terit, nisi brevem eorum, quæ pertractaturus est, vel de quibus di-  
citurus est, dispositionem sibi propositam habeat, atque adeo bre-  
vem partitum, totius historicæ narrationis delineationem conscribat,

ut ita

ut ita deinceps certam sequatur in consecutandâ historiâ methodum. Itaque ex dictis cuivis facile erit judicare, utrumque institutum servari, & quidem non incommodè.

### III. An sit Historici in proœmio, sive operis sui initio invocare?

Pro scriptore nostro videtur facere Lucianus qui tales suo more ridet lib. de hist. scrib. *Eis μὲν τις αὐτῶν* (loquitur de historicis quibusdam) *σὺν Μαρτὼν ἐνθάδε πρέπειον, παραχωλαῖν τὰς Δεᾶς συνεφάγεις Φονγγύραμαστος*: ac unius quidem ipsorum statim à *Masis* exordiebatur, iuvocando *Deas*, ut ipsa opus hoc scribenti adesse vellent. Deinde tale ridet initium: *Ogūs ὡς ἐμμελὸς οὐ μέχητε παραπόδαι οὐτοις τῷ τοι* τινὶ *εἶδε τὸν λόγου πρώτανον: vides quam concinnum principium, quam in promptu historia, quam tali orationis forma conveniens. Historico* nostro favet Livianū illud in præfatione, quā ita claudit: *Sed quæra ne tum quidem grata futura, cum (forstam & necessaria erunt) ab initio certe tanta ordine rei absint, cum bonis potius omnibus; vobisque ac preicationibus deorum dearumque, si, ut poëtis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent.* Nos & historicis id convenire dicimus & quæ ac poëtis, forstam alii disparem rationem ostendent, quod in historico requiratur ingenium ad historiam scribendam, quo, qui caret, abstinet, atque tum nibil ulterius præter fidem & industriam: in poëtis vero ut prisci loqui amant πνεῦμα ἔνθετον καὶ κατοχοντα *in Mæsoν*: unde illud Ovidii: *Ali sacri vates & divum cura vocamus. Sunt etiam qui nos numen habere putent.* Dicendum tamen veritatem si Spectemus non minus indigere historicos auxiliодivino, quam poëtas; siquidem *omnes istidem illos Jupiter implet*: quod Aratus in phænomenis, ita græcè: *Ἄντη δίδις πεπλήσσει πάντες.* Fecere id antiqui oratores, ut patret ex illo maronianō,

*Praefatus divos solio Rex infit ab alto.*

Hujus illustre testimonium suggerit Panegyrista initio sui operis: *Bene ac sapienter Patres C. maiores instituerunt, ut quemadmodum ratiū agendarum, ita dicendi initium à preicationibus capretetur, quodnihil rite*

*nihil rite, nihilque providenter homines, sine deorum immortalium, spe, consilio, honore auspicarentur.* Idem facere oportet historicos, quia non minus cura divina, ut ad oppositam rationem antē allatam resp. circa historiam, quam circa poēsin requiritur, quo nemp̄e, omnibus, quae dicentur, liberas, fides, veritas, constet: ut loquitur Panegyrista. Livius huic nostrę sententię favet, qui etiam si non præmisserit invocationem, tamen eam ut præcipuum operis initium ponit, & quidem necessarium. *Lubentius*, inquit, *inciperemus, à deorum dearumque invocatione;* rationem subjungit; *nt ɔr̄sis tanti operis successus prosperos darent.* Necesitatem hujus quod tamen omisit, videtur agnovisse Flavius Vegetius, prologo scripti, cui Inscriptio, de re militari. Ubi ita, *Nihil quicquam recte inchoatur, nisi post Deum faverit Imperator,* id est auxiliante Deo, atque post eum favente Imperatore, omnia scribenti prosperè, omnia dicenti, feliciter succedēt. Præterea, adde monumenta veterum, ex iis parebit, Deum in exercitu rei cuiusq; atq; adeo-historiæ invocandum ut benigne adsit, & secundum votum, progressum & eventum operis largiatur: Ita Sto-bœus de legibus & consuetudinibus sermone 42. τὸς βιλομένως ἡ πράτιστας η θεῶν ἀρχεῖς χεῖ, τὸ γαρ ἀεισον ὡς περ ἡ παρούσα φαν τὸν θεὸν οὐαν διπον πάντων τέτων. Consultantes agentesque aliquid à Diis auspicari debent. Optimum enim est, ut parci ma fera, Deum bausam & auborem esse illorum omnium. Hinc subscribit Xenophon lib. 1. de pedia Cyri ait, πολλὰ γαρ μοι ποιόντες, εἰμ' αὐτοί, οἱ μόνον τὰ μηχανα, ἀλλὰ ἡ τὰ μηχανα πειράτεον ἀπὸ θεῶν ὀργαῖς αἱ. Nam me, quo sum mulierum versamini, scitis, non magna solum, sed etiam exigua molliem à Diis immortalibus nunquam non primordia capere. Et rursus in Oeconomico: Καλῶς μοι δοκεῖ λέγειν, κελεύων πειρᾶς σὺν τοῖς θεοῖς ἀρχεῖς παρτὸς ἐγγύει, οἷς ἡ θεῶν κυρίων οὐτων, ἐδὲ ίπλον τῶν ἐπικῶν, η τῶν πολεμικῶν ἐργών, id est, recte tu quidem mones omnem à Diis actionem potissimum auspicari oportere, tanquam pacis ac bellis sua diis imperantibus. Hunc in modum attestatur, Plato, in Timaeo: τοῦτο γέ δι πάντες δοι, η καταβεγχύ σωφρονε πατέρεσσι, επ πάσῃ ὀργῇ, η μηχανὴ μηχανα πράχαισα, θεῶν δὲ τε καλῶν. Ita sane omnes quorūque sunt ab initio sapientie participant, & in omni affectione vel motu

motu animi, & in negotiis parvis vel magnis, Deum si quis ferme invoca-  
cant. Audiamus etiam Deinosten. Epist. 1. παντες αρχομένων εστιν  
δομίνος λόγος καὶ ἔργα. ἀπὸ τῶν θεῶν ὁ πολεμώντας περιστάται πρωτότον ἀρχεῖται.  
In principio, unde seruum dictum vel factum censeo primum à Deo ordi-  
undum esse, convenire. Non sicut hanc de re Pythagoras in criminibus  
verè aureis:

— αλλ᾽ ἐρχεται τέρπον,  
Θεοῖσιν εἰσενέμεται τελέους, τιτανοῦ κερτίσαι  
Γραίον διανεύτω τε θεῶν, θυντῶν τε ἀυθράπτων  
Σύσσων, ἢ τε ἔνεστι μίερχεται ἢ τε κερτίσαι, id est,

Nec venias ad opus nisi numina fausta precatus.  
His bene servatis, hominum conjunctio qua sit,  
Cumque Deo agnoscas, implet qua cuncta tenetque.

Et Aratus in principio φαινομένων, suo modo adeo piè loquitur,  
ut nemo magis piè.

Ἐκ διὸς ἀρχόμενα, τὸν εἰδέντως ἀνδρες εἴδειν ἀρπάζον, id est,

Ex Deo principium, quem nunquam nos homines relinquimus infatum.

Addite Arati locum in phænomenis, Ciceronis lib. 2. de legibus,  
Maronis Eclog. 3. Theocriti in encomio Ptolomai, Boët. lib. 3. de  
consolat. Philos. Valer. Max. in procem. lib. 1. Demosth. adversus  
Æschinem. Ciceronis in Divinat. ex quo Servius notat vetustum  
hunc morem ad illa Virgilii. *Dii nostra inculta secundent, & Pra-*  
*fatus divos ex 7. & 11. Aeneid. Synef. Epist. 13. Pindari in Pythiis*  
*Ode 5. Epode prima. Ejusdem in Pythiis Ode X. Deinosten. O.*  
rat. ad Philipp.

IV. Vtrum scriptor benè agat si in exordio historie nomen suum col-  
locet, an postius si ante exordium?

Utrumque non male fieri existimamus, ante procemum si expri-  
matur

matur nomen, exemplo erunt omnes historici cum Graeci tunc Latinis, paucis exceptis. Quod si in proemio collocet, nec deerunt huic instituto exempla sive sacram historiam, sive prophanam spectemus. In proverbiorum libro suum expressit nomen, scriptor, initio sui libri, ubi ita: *Parabola Selomo filii Davidis, regis Israel*: & in Ecclesiast. triphrastice c. i. verba *Ecclesiasta filius David regis in Ierusalem*. Ita Amos c. i. sic Esaiæ, i. Obad. i. visio Esaiæ, Obadiæ, quod ad profanas historias, nobis erunt instar omnium, non ad inter postremos numerādi, Thucydides Herodotus. Hic ita incepit historiā. Ηερόδος ἀληγοριῶν & ισοπίνων παράξενος ἡδε, id est, Herodoti Halcar-nassi historia delineatio seu demonstratio hac est. Thucydides hūc in modum orditur: θυκυδίδης ἀληγοριῶν & Εὐτύχεια τὸν πόλεμον τῶν πελοποννοίων καὶ αἰγαίων, Thucydides Atheniensis conscripsit bellum Peloponnesiacum & Atheniense. Scholiares grecus in Thucydidem, rationes subjicit, cuius hæc sunt verba: πάντοις μέμνηται τὸ οἰκεῖον ὁ γραμματικός, αὐτοῖς δὲ οἱ λαοὶ τῶν ὄμογύμων εἴ τοις ἔποινται αὐτὰ τῆς αἵλιας αὐτῶν ἐπεκεν. αἷματος καὶ τοῦ ἐπειδή ποντὸς αὐτῶν σφετερίων σύνταγμα, id est, nunquam in nominis obliuscitur in initio, partim, ut se dōversum, ab aliis eiusdem nominis etiā etate ostendat, partim ne alii laborem historie congerenda, sibi attribuerent seu vēdicarent. Hunc modum servavit Timaeus Locrus, de anima mundi. Τιμᾶς & λόχος τάδε εἴπει. Videntur autem antiquiores illi scriptores hoc ab Hebræorum, altorumq; orientalium sapientibus haustisse; quibus hoc familiare fuit, ut ex scriptis Rabbino cum colligere est. Iarque hæc ad decisionem quæstionis sufficient.

#### V. Quomodo historia differat ab Annalibus?

Gellius libro 5. c. 18. historiae constituit differentias, Annales, Ephemerides; hunc secutus in syntaxis artis Mirabilis Tholosanus eas historiae constituit species, verum non satis accurate. Diversitas enim appellationis non à genere nec à specie desumpta est, sed à formâ sive modo, quo res narrantur. Olim annales fuere dicti cum ratione temporis, tum dictionis, tum scriptoris. *Annales* inquit Bodinus pag. 15. Method. à Cicerone dicuntur, cum sine ulla ornamentis, sine ulla causarum disquisitione gesta cujusque anni nar-

vaneur, & Cicero 2, de Orat. Veruissimi apud latinos Historici fuerunt Cato, Pictor, Piso; eratque historia nihil aliud quam annalium confessio, cuius rei memorieque publica retinendo causa, ab initio rerum Romuli, usque ad Mutium Publ. Pontificem, res omnium singulorum annorum mandabat litteris Pontifex Max. & proponebat tabulari domi potestas ut esset populo cognoscendi, qui etiam nunc Annales Maximi nominantur. Verum ut non perpetuo apud Pontifices illa potestas scribenda Historia fuit, Fl. Vopis. in Tac. ita non perpetuum sine ullis ornamentis, monumenta temporum, hominum, locorum, gestarum que rerum relinquere, nec perpetuum annales ad solis revolutionem restringere; exemplo nobis sunt Tacitus, Herodotus, &c. I Alia igitur nobis investiganda erit differentia. Dicimus annalim conditores, vitarum esse scriptores, quas tamen ita describunt, ut praecipue spectent Rempublicam, quæ vero ad privatam pertinent vitam, tantum per occasionem delibent; vitarum dicuntur scriptores, ad diversitatem aliarum historiarum: & quidem qui praecipue spectant rempublicam, ut differant ab reliquis vitarum scriptoribus, qui exponunt vitam singulorum privatam: ea veri, quæ publica sunt, per occasionem tantum attingunt. Aliud discrimen inter Annales & Historiam observabit Carolus Siginus in Sacri & de germanolivianorum librorum indice. Qui historias scribont alli aliunde initium faciunt, & ab ovo, quod dici solet, sem conscribere instituunt. Quæ longo tempore, ante contigerunt, ita Livius, ut scriptoris sua & genus, & initium indicaret, Historias ab urbem conditam nominavit: nimirū intelligi cupiēs, se à primordio urbanis res Romanas esse scripturum. Atque hoc quidem consilio Salustius usus libros historiarum complures edidit, quibus res populii Romani, quibus ipse interfuit, se prescripturum esse testatus est. Initium certe scribendi à Sulla morte, Catullo, leridoque consilibus fecit. Atque hisce historia distinguitur Sigonio ab Agnibus, quod discrimen ita recipimus, ut tamē illud perpetuum esse, negemus.

and the author named **WILHELMUS QROL.**

COROLLARIA Resp.  
HISTORICA:

- I. **D**icitur Aphrica nullum legitimum censum instituit Cæsar.
- II. Ianum Geminum et ab Augusto clausum putamus.
- III. Romanorum potentiam ante Augustum penes unum fuisse? Affirm.
- IV. Ante Sullam nemo dictarorum cum viginti quatuor fascibus processisse existimamus.
- V. Cadmum in Graciam litteras vernaculae primus transmisso ex historiis certo colligi posse inficiamur.
- VI. Primam inventæ Typographicae artis gloriam Batavis non Moguntinis assertum imus.

POLITICA.

- I. Principem omnibus legibus solutum negamus.
- II. Stratagematibus in bello utendum.
- III. Magistratum vendere illegitimum,

ETHICA.

- I. Excidisse bonis quam semper caruisse præstat.
- II. Nonnunquam viro forti fugam adornare licet.
- III. In virum bonum cadunt affectus.

FINIS.